DISPUTATIO DE APPELLATIONIBUS,

Quam

Auxiliante ſupremo Numine

Permiſſu Magnifici & Nobiliſsimi JCtorum in perilluſtri Salana Ordinis.

SUB PRÆSIDIO

Viri Nobiliſsimi, Ampliſsimi atq; Conſultiſsimi

DN. ZACHARIÆ Prüeſchenck

JCti, Profeſſoris hujus Academiæ Publici, Conſiliarii Saxonici, Curiæ Provincialis & Scabinatus Aſſeſſoris graviſſimi; Præceptoris & Fautoris ſui devenerandi,

IN AUDITORIO JCTORUM.

Ad diem Julii.

Horis matutinis ſolitis

Publicæ ventilationi ſubjicit.

FRIDERICUS Von ALEFELDT

NOB. HOLS.

JENÆ

LITERIS ERNESTI STEINMANNI.

ANNO cIↄ Iↄ CXXXVII,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ppellatio vocabulum Homonymum eſt, & pro ſubjecta materia variè accipitur. Sic appellatus dicitur debitor, qui de ſolutione interpellatur. *l. 16 § fin. ff. de fidejuſſ & mandat*: appellari item dicuntur virgines, quarum pudicitiâ blandâ oratione attentatur. *l. 15. §. ſi quis virgines 15. ff. de injur.* ſumitur etiam pro vocare, nominare. *Cic. 3. offic. pr. Inſt. de teſtam. ordin §. 1. in fin. Inſt. de interdict.* nec non pro aliquem in judicio convenire, *ut in l. 29. ff. de Judic.* Atq; ita magiſtratus appellari dicitur, qui aditur agendi causâ, in edicto Prætoris *l. 1. ff. ex quib. cauſ. maj* Deniq; appellare ſignificat, ad ſuperiorem adversùs inferioris judicis injuriam provocare. *t. t. ff. & C. de Appell. Weſenb. in. n ff. eod. n 2.* Quæ ſignificatio inſtituto noſtro convenit; reliquæ verò hujus loci non ſunt. I. Homonymia vocabuli.

Appellatio eſt ab inferiore ad ſuperiorem gradatim facta provocatio, *l. 1. pr. & §. 3. l. 2. pr. & §. 1. de Appellat.* ibiq; *Weſenb. in n. ff. n 3. Cujac. parat. C. eod. Treut. p 2. Diſſ. 33. th. 1. Generis* loco in definitione ponitur *provocatio*; quæ vox etiamſi, ſpecialiori ſcilicet, ſignificatu, quandoq; promiſcuè cum voce appellationis juncta reperiatur. *l. 40 § 1. ff. de Pactis. l. 17. l. 39. C. de Appell.* generaliori tamen uſu latiùs patet, quamcunq; judicis implorationem. *argt. l. 13. ff. de judic. l. 2. in fin. ff. Commun. divid.* Judicialem ſimul ac extra judicialem appellationem ambitu ſuo continens. *l. 17. §. 1. ff. l. 1. & 2. C. h. t. l. 1. 2. 6. & 9. C. quando prov. non eſt nec. Marant. in ſpec. part. 6 tit. de App. n. 2. & 6. Hartm. Hartm tit. 19. Obſerv. ult. Hillig. Don. enucl. l. 28. cap. 4. lit. B.* Cui parum refragatur, quòd appellationis vocabulum homonymiâ ſuâ æquè latè pateat: Id enim jam diluimus ſpecialiori ſignificatu vocem accipientes, ut dictum th. 1. quod etiam ſuadet differentia definitioni inſerta; qua vox generis ad ſpeciem reſtringitur & determinatur. Præterea etiam vocem *provocandi*, ad naturam appellationis exprimendam ſignificantiorem eſſe deprehendimus ex lectione Livii, Horatii, Valerii & aliorum, qui in conſimili argumento, hâc voce ſæpiſsimè uſi, II. Definitio.

 adver-

advertente etiam, *Bach. ad Treut. p. 2. Diſp. ult. th. 1. lit. H. Differentia* exprimens appellationis formam in eo eſt, quod fieri debeat *ad ſuperiorem. l. 1. §. 3. h. t. Nov. 23. cap. illo. 4.* non ad inferiorem vel parem. Cujus rei ratio inde perſpicua eſt, quòd reformatio ſententiæ, ab appellante petita. *l. 1. pr. h. t.* non niſi vi ſuperioritatis contingere poteſt; par autem in parem, V. C. Prætor in Prætorem, Conſul in Conſulem, nedum in ſuperiorem, nullam habet poteſtatem, *l. 13. §. 4. ff. ad Trebell. l. 4. ff. de recept. arbitr.* proindeq; res omni deſtituta foret exitu, cùm à pari, vel minori, inhibitiones & compulſoriales neceſſariæ decerni nequeant: monente *Bach. ad d. Diſp. ult. th. 1. lit. D.* Unde rectè colligunt, lege municipii, uſuq; caveri aut recipi non poſſe, quin is, qui appellatur, aliqua ratione ſuperior ſit; cum nullo ſtatuto effici queat, ut actus deficientibus ſubſtantialibus ſubſiſtat; *argum. l. 12. ff. de precar. Hillig. Don. Enucl. l. 28. c. 7. lit. A. Tr. d. th. 1. lit. D. ibiq; Bach.* ubi ſubjicit, quòd ſi ſummus Princeps conſtituat, ut à pari ad parem provocetur, hâc ipſa conſtitutione alterum ſecundum quid ſuperiorem effici. Quatenus gradatim fieri debeat, & quæ præterea hac in definitione continentur, explicabimus, infra poſtquam ad formam pervenerimus.

III. Diviſio. *Appellationis ſpecies* inſigniores duæ ſunt, *Judicialis & Extrajudicialis:* Illa eſt quæ interponitur à ſententia judicialiter pronunciata, & de hac ſpecie potiſſimùm agemus. Hæc eſt quæ fit à decretis & actibus Extrajudicialibus. *c. cum ſit Romana. 5. c. bonæ memoriæ. 51. extra de Appell. c. concertationi 8. de Appellat. in 6. Weſenb. in parat. h. t. n. 6. Geil. 1. Obſerv. 120.* v. g. ab executione, quotiens executor modum excedit. *l. 5. C. Quor. appell. non recip.* à decretis, quibus alicui munera publica deferuntur. *l. 21. §. 2. ff. l. 4. 7. 11. C. h. t. l. 1. §. 3. Quand. appell.* à conſultatione & reſcripto Principis. *l. 1. §. 1. & 2. h. t. l. 1. C. de relat.* Deniq; quotiescunq; permiſſum eſt, judicis officium extra ordinem implorare, etiam ab actu extrajudiciali injuſto appellare licet. *Weſenb. in parat. h. t. n. 8.* Quin imò etiam à gravamine, à parte extrajudicialiter illato vel inferendo interponitur, *d. c. bonæ memoriæ. Wurmbser. t. 24. obſ. 9.* ſi v. g. magiſtratus, ratione juris controverſi, inter dominum & ſubditum, ſpoliando gravat

ſubdi-

ſubditum, isq; appellat; quæ provocatio impropriè appellatio dici videtur, habens potiùs vim conventionis: unde etiam provocatio ad cauſam dicitur. *d. cap. cùm. ſit Romana*, quæ non coram judice apellationis ſed ordinario interponitur. Ideoq; ſtatus Imperii habens jus Auſtregarum, ob hujusmodi gravamen non in Camera, ſed corā Auſtregis conveniendus, ne fraus fiat primæ inſtantiæ. *Geil. 1. Obſ. 120. n. 3. Receſ. Imp. de anno 94.* §. darumb ſetzen. Atq; hic caſus probè diſcernendus ab eo, quando Magiſtratus, non ut pars, ſed ut ordinarius Judex, vi jurisdictionis, ſequeſtrando, mandando, mulctando gravat partem; tunc enim æquè ac in judiciali appellatione, neglecto Auſtregarum privilegio, ad Cameram appellatur, nullo ſc. intermedio exiſtente judice. *d. Receſſ. imp. de anno 94.* §. wenn aber. *Geil. 1. obſ. 120. n. 2. & ſeqq.*

IV. Origo atq; Efficiens cauſa.

Origine appellatio eſt vetuſtiſſima, ejusq; uſus frequentiſſimus. *l. 1. pr. ff. h. t.* apud omnes gentes receptus. Sic *Ariſt. 2. pol. cap. 6.* teſtatum reliquit, Hyppodamum Myleſium, Euriphontis filium Politiæ inventorem, ordinâſſe judicium ſummum, in quo malè judicata omnia in meliùs reformarentur, delectis ſenioribus Reipublicæ ejusdem judicii aſſeſſoribus. Apud Athenienſes quoq; non incognitam fuiſſe appellationem, teſtatur apopthegma, quod refert *Plutarchus in Apoptegmatibus Laconicis*, ubi Athenienſibus ad civitatem Megarenſem provocantibus, inquit, Turpe, Athenienſes Græcorum duces minùs, quàm Mægarenſes quid bonum æquumq; ſit ſcire. De Republica Romana teſtatur non ſolùm Ulp. *in pr. l. 1. ff. h. t.* ſed & Livius lib. 1. referens factum Horatii, qui ob interfectam ſororem à Duumviris damnatus, ad populum provocans abſolvebatur. Nec non in Jure divino tàm veteris, quàm novi teſtamenti veſtigia appellationum apparere, *per textum Exod. 18. verſ. 25. & ſeq. Deut. 17. verſ. 18. & ſeqq. Act. 25. v. 10. & 12.* eamq; à jure naturæ profectam, pleriq; aſſerunt. argumento *l. 3. de Juſt. & Jur.* quaſi defenſionis quædam ſit ſpecies *Mar. part. 6. tit. de Appell. n. 247. Geil. 1. Obſerv. 128. n. 1. Treut. part. 2. diſp. ult. th. 1. lit. A.* A quibus in hoc poſteriori recedimus, originem appellationis referentes, non ad ſimpliciſſimum communis naturæ ductum, inclinationes & impetus naturales. *de quibus in l. 1. § 3. ff. de Juſt. & Jure*, ſed ad rationem & ratiocinationem humanam, quæ & alia vitæ humanæ

 neceſ-

neceſſaria invenit, & inventa adauxit §. 2. *Inſt. de Jur. N. G. & C. l. 5. ff. de Juſt. & Jur. Knich de Saxon. non provoc. Jur cap. 2. n. 176. Marant. d. l. n. 340. Bach. ad Treutl. de lo lit. A.* ubi pluribus hac de re diſſerit. Nec ex eo, quod defenſionis ſapit naturam, rectè infertur, eſſe juris naturæ; cùm à re ipſa ad modum rei, & à genere ad ſpeciem argumentari non liceat, exemplo à contractibus deſumpto, qui Juris Gentium eſſe dicuntur, ſed non omnes. *§. 2. Inſt. de Jur. Nat. G. & Civ.* Sic ſervitus jure gentium introducta eſt; *§ 2 Inſt. de Jur. Perſ:* modi verò redigendi aliquem in ſervitutem Jure Civili ſunt adaucti. *§. 4. d. t. § 1. Inſt. de cap. diminut.* Atq; ita etiam ratione humanâ introductæ appellationi, à quâq; Republica forma accidentalis, quoad modum & tempus interponendæ & proſequendæ, adjici poteſt; quam proinde Juri Civili adſcribendam non ambigimus. Quare quæ hìc moveri ſolet Quæſtio. An ſtatuto caveri poſſit, ne quis ad Principem ſive ſuperiorem provocet? rectè negatur, non tàm quòd Appellatio ſit defenſio naturalis; non enim negatâ appellatione, omnis protinus defenſio & facultas conquerendi apud ſuperiorem adimitur. *Bachov. ad Treutl. d. lit. A. verb. unde ſtatuto.* quàm quòd jus extremæ provocationis ſupremæ poteſtatis proprium. *Michael. de Jurisdict. concluſ. 26.* nec cuiquam ſine ſummi Principis conceſſione, nedum proprio motu competere poſſit, *argumento l 1. in fin. ff à quib. appell. non lic.* Accedit, quòd nullum ſtatutum ſit validum, quod Juri communi derogat, aut de Principis poteſtate aliquid decerpit. *agr. l. 3. §. Divus ff. de ſepulchr. violato, Hillig. Don. Enucl. lib. 1. c. 6. lit. C. Treutl. Diſp. 1. th. ult. lit. B.* Et hujusmodi ſtatuta de appellatione non interponenda velut invalida reprobat *Ord. Cam. part. 2. tit. 28 §.* vnd dieweil *2.* iisq; non obſtantibus appellationes recipi teſtatur *Geil 1 Obſerv. 135. n. 12.* Limitari verò ſtatuto inferiorum appellationem poſſe, E. G. ut non admittantur, niſi jurent appellantes de calumniâ, vel deponant certam pecuniæ ſummam, inficias haut imus. Eo namq; modo non impeditur Jurisdictio ſuperioris ſed temeraria ſaltem appellantium libido ſufflaminatur. *Mynſing. 3. Obſerv. 56 & 1. Obſ. 6. & Geil. 1. Obſ. 24 pr.* Alia planè ratio eſt Principis, alteriusq; ſuperiorem non recognoſcentis: Is enim, quin de jure ſuo aliquid remittere, ſuosq; inferiores non provocandi privi-

legio

legio donare poſſit, nil obſtat, nec naturali: aut divino juri id refragatur; quandoquidem ſummotâ appellatione, non omnis de injuria judicis conquerendi tollitur facultas, ſed tantùm formalitas provocandi. *Knich.d.c.2.n.173.& ſeq.Geil.1.Obſer.135.n 3.* Licet enim à Præfecto Prætorio non appelletur, *l.19.l.35.C.h.t.* tamen adversùs ejus ſententiam ſupplicare licet. *l.5.cum Auth. ſeq.C.de prec.imp.offer.l.unic.C.de ſentent.Præfect.prætor.* & ſi Princeps appellationem non receperit, ipſi ſupplicandum monet Ulp.*in l.5.ff.de Appellat.recip.vel non* ſunt enim diverſa remedia, quorum uno ſublato, non ſtatim tollitur alterum.*Geil.d. Obſ.135. n.4.arg.l.21.ff.de S.U.P.*

Appellare regulariter *omnibus* permiſſum eſt, *argumento l.1.pr.l.25.l.20.l.30.C.eod.* proindeq; rectè commune auxilium vocatur, quo injuſtè per imprudentiam vel imperitiam malè judicantis judicis læſo ſuccurritur. *l.3.§.1.ff.Rem.rat.hab. l.1.pr.ff. h.t.*Weſenb.*in parat.ff.eod.n.5.* non verò calumnianti & judicium de induſtria extrahenti; ſiquidem non ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ conſtitutum eſt hoc remedium. *textus in cap.cum ſpeciali.61.verſ.porrò.h.t.* Eaq; provocandi facultas non in arbitrio judicis, ſed auctoritate Juris ſita eſt, quæ compellit judices, tàm ſuperiores quàm inferiores, nullam omninò niſi legibus interdictam reſpuere appellationem. *Nov. 82.cap.12.& ſeqq.Nov.126.c 3.pr.Nov.134.cap.3.verſ.ult.* ſtatutâ in reluctantes pœnâ 30 librarum auri. *l.21.l.24.C.h t.Marant.part.6.tit. de Appell.n.399.Donell.l.28.cap.6.ibiq; Hillig.lit. B. & C.* Appellant igitur condemnati & gravati omnes, dummodò ſpecialiter non prohibeantur. *dd.ll. & Dd. omnes,* & ſi plures condemnati ſunt ſeparatim, pluribus appellationibus opus eſt. *l.10.pr.ff.h.t.* ſi verò unâ ſententiâ condemnantur plures litium conſortes, etiamſi unus tantum appellaverit, victoriæ emolumentum ad reliquos omnes pertinebit. *l.2.C.ſi unus ex plur. appell.l.1. C. de diverſ. reſcriptis Geil.1.Obſ.126.n.3.Treutl.diſp.33.th.2.lit.*C. in tantum quoque, ut licet ille, qui appellat, diſertis verbis teſtetur, ſe ſolùm pro eo quod ſua intereſt, non verò in commodum aliorum appellare; nihilominus tamen hæc appellatio reliquis, non attentâ illa proteſtatione, proſit: cùm hoc, ut appellatio, & victoria unius ad reliquorum quoq; emolumentum ſpectet, non à conſenſu

V. Qui rectè appellent.

appel-

appellantis, ſed à proviſione legis dependeat, cujus beneficium invito alius extorquere nequit *Hart. Piſt. 1 Queſt. 47. n. 11.* Hoc tamen, ut alterius appellatio alteri, qui non provocavit, proſit, ita demum probandum eſt, ſi una eademq; defenſionis cauſa inter eos fuerit *l. 17. pr l. 10. § fin. ff. h. t. l. 1. & 2. C. ſi unus ex plur. argumento. l. 10. ff. quemad. ſervitus amitt. Geil. d. n. 3. Bach. ad Treut. d. th. 2. lit. B.* nec cæteri conſortes ſententiam latam comprobaverint *argumento l. 6 ff. h. t. Hart. Piſt. d. q. 47. n. 21.* Iniquum enim judicat Ulpianus eum qui ſententiam agnovit, propter appellationem alterius obtinere. *d. l. 10. in fin. h. t.* Quando verò approbaſſe intelligatur ſententiam conſors non appellans, declarat *Hartm. Piſt. d. q. 47 n. 22. & 23.* Cumq; ex dictis appareat, conſortes appellatione interpoſitâ, jus quoddam ſibi quæſitum habere. *l. fin. C. h. t.* transactio ab appellante cum adverſario inita, aliave renunciatio facta invitis iis nihil oberit, quo minùs appellationem interpoſitam perſequi liceat. Suſpensâ ſiquidem ſemel ſententiâ, via aperta eſt omnibus quorum intereſt, quibus velut ruptis foribus ad appellationem proſilire licet. *Geil. 1. Obſ. 122. n. 2.* nec poterit jus quæſitum facto alterius iis adimi, *l. 11. l. 155. pr. ff. de R. J.* ne res inter alios acta aliis præjudicet. *l. 2. & 3. C. res int. al. act. &c.* Quinimô renunciatio iſta, quam unilaterem vocant, ne quidem ipſi adverſario, ſive appellato, jus ſuum proſequendi appellationem intervertere poteſt. *d. l. fin. C. h. t.* quandoquidem appellatio commune eſt beneficium utriusq; partis. *Mynſing. 2. Obſerv. 21. Geil. 1. Obſerv. 122. n. 2. & 3. ubi n. 4.* adjicit, dicta obtinere, appellatione coram judice ſuperiore introductâ, vel ut explicat *Möller. ad conſtit. Elect. 19. part. 1. n. 23. & Rauch. 1. q. 12. n. 9. & 10.* citatione ad proſecutionem appellationis emiſſâ; quaſi antea, ceu re adhuc integrâ, locus ſit pœnitentiæ, atq; licentia commutandi arbitrium, & ſuos libellos recuperandi. *l. 28. juncta l. fin. pr. verb. ſemel in judicium venerit &c. C. h. t. & 70. verſ. ille h. t.* Ex dictis conſequitur, ut quemadmodum unius conſortis appellatio cæteris prodeſt; ita etiam tertius ratione intereſſe, quod priùs docere ad minimum ſemiplenè debet. *Geil. 1. Obſ. 69. n. 4. & Obſer. 70. n. 23.* appellationi ritê introductæ, intervenire, vel adhærere, eamq; proſequi poterit: idq; propter cauſæ continentiam, per ea quæ habet. *Geil 1. Obſ. 122. n. 1. 2. & 4. Hartm. Hart. tit. 5. Obſ. 10. n.*

1. & 11.

10. & *11.* Atq; hoc de iis, qui per ſententiam condemnati, ac principaliter gravati provocant, quibusq; appellatio ab iis interpoſita proficit.

Præterea etiam appellare poſſunt, quorum tantùm quocunq; modo intereſt, ſententiam reformari, etſi ea non fuerint condemnati iidem *l.5.pr.ff.h.t.l.2.§.1.ff.quand.appell.* veluti is, qui per Procuratorem expertus victus eſt, nec procurator ſuo nomine appellet. *l.4.§.2.ff.h.t.* Item ſi emptor de proprietate victus, eo ceſſante auctor ejus appellare poterit, aut ſi auctor agens victus ſit, emptori appellandi facultas concedenda erit: *d.l.4.§.3. ff.h.t.l.20.C.d.Evict.* Appellat etiam creditor, debitore ab aliquo victo, aut pignore alteri adjudicato. *l.4.§.4.ff.h.t.l.3.ff.de pignor. l.63.verſ.ſcientibus ff.de re judic.* Intereſt enim illius, ne debitor ex ſolutione aliorum nominum ad egeſtatem perveniat, quæ poſtmodum illius actionem reddere poſſet inanem. Debitor item creditore de pignore victo *d.l.4.verſ.quæ conſtitutio h.t.* nec non Fidejuſſor pro eo, pro quo intervenit. *l.5.pr.ff.h.t.* cùm enim quodammodo ad illum ſpectet periculum, quippe qui principali debitore nō ſolvendo exiſtente, ſolvere debitum cogatur. *l.68.ff.d.fidejuſſ.& mandat.Weſenb.in para.ff.d.t.n.6.* meritò ad id avertendum intentus eſſe debet. Nec modo ſi pecuniarium damnum vertitur appellatio conceditur, ſed etiam propter damnum exiſtimationis: Unde filio in causâ ſtatus, ſcilicet ingenuitatis, propinquo in capitis causâ damnato, appellationi locus eſt. *l.2.§.ult.& pen.ff.quand.appell.* Dominus etiam pro ſubditis appellare poterit, ſi quando in præjudicium & injuriam illis res ſit ceſſura; *argumento §.3 Inſt.de Injur.* puta ſi alius ſubditis collectam imponere, aut eos ſub ſuam jurisdictionem trahere annitatur. *Geil.1.Obſerv.125.& 126.* Si verò alia tantùm ratione interſit domini, ut quia illi conducit, locupletes habere ſubditos, non admittitur ad appellandum ſine mandato, tàm propter *§.3.Inſt.de ſatisd.& l.qui proprio.§.qui alium ff.de procur.* quàm quòd jura nolunt, partem adverſario potentiori prægravari. *l.3. in pr. ff.d.alien.judic.mutand.l.3.in pr.C.d.litig.Geil d.l.* Portò alieno nomine cùm ratione muneris ſuſcepti, tùm intereſſe eorum, non ſolùm poſſunt appellare tutores & curatores nomine minorum & pupillorum *l.24.pr.ff.h.t.l.1.§.13.ff.quand.appell.l.11.C.de Admi-* VI.

 niſtr.

niſtr.tut. ſed & in cauſa pupillari ſive minoris cōndemnati, obſtricti ſunt appellare, modò juſtam cauſam foveant, appellationem inſuper proſequi, usq; dum rationes redditæ fuerint. *l. 27. h.t.l.2.ſi tut.vel curat.* Pendente verò appellatione, ſi pupilli vel minores adoleverint, aut veniam ætatis impetraverint, à tutore vel Curatore ſuſceptam appellationem ſuo nomine proſequi illi non prohibentur. *l fin. in fin ff. h.t.l.10.C.h.t.* idq; ad exemplum domini litis, qui appellationem à Procuratore ſuo interpoſitam eo abſente ipſe exequi poteſt. *l. 2 ff. an per alium cauſ. appell. l 9.&10.C.d Appellat.* Negotiorum etiam geſtorem, *l.24 ff de apell, l.1 in pr ff de appellat.recip.* & procuratorem appellare poſſe, manifeſti juris eſt. *l.18 ff.l.9.C.de appellat.l.2.C.de Procur.* An verò ſuccumbens procurator obſtrictus ſit, & invitus teneatur à ſententia provocare, appellationemq; proſequi? quæſtionis eſt. Quòd ſi ad unum actum datus ſit, v.c. ad recipiendum libellum, vel ad audiendam ſententiam, an teneatur; fruſtra quærimus, cùm appellare ne quidem poſſit; ſiquidem ultra fines mandati progredi non licet, & uno conceſſo omnia alia prohibita cenſentur. *argum l 5. pr. ff. Mand. §.8. Inſt. eod. Geil.1. Obſ.139.n.12* generaliter ſeu ad totam cauſam datus, quin teneatur interponere, ferè cunctabile non eſt. *l.17. C.d.Procur.* Aſt de proſecutione maximoperè diſceptant, cumprimis quoad definitivam: ab interlocutoria enim ideò interpoſitæ appellationis proſecutionem neceſſariam ducunt, quòd ea ex prioribus actis ſit juſtificanda, *per text. in clem. appellantis. de appellat. cap. cordi x eod.* definitiva autem novas probationes admittat. *l. per hanc. C.d. tempor. appell. c. in appellatione. de Juram. calumn. Sich. ad d. l 17. C.de Procur. n 7.* Verùm enimverò etiam appellare à definitivâ eundem poſſe. *argum. l.9. C.de Appellat.* & teneri ratio ſuadet; ſiquidem & appellatio ſub verbo agere comprehenditur, cumq; ſententia primæ inſtantiæ appellatione ſuſpenſa atq; reſciſſa fuerit, lis peracta & conſumpta dici nondum poteſt, nec procurator munere ſuſcepto defunctus, quoniam tunc demum res peracta dicitur, cùm nihil ſupereſt agendum. *l pen. & ult ff. ad SCt. Syllanian.* ſunt præterea textus in *l 17. C.de procur. l 8 §.8. ff. mand. l. ult. ff. an per alium cauſ. appell* quos inducunt fuſiùs hanc aſſertionem probantes Doneil. *Lib.18 cap.16. ibid. Hillig. lit. C & D. cum ſeqq. Bach. ad Treut.*

p.1.

p.1.Diſp.9 th.3.lit.C. Gail.d.Obſerv.139.n.9.& ſeqq. Hoc ipſum tamen ad cauſas ſaltem civiles non etiam capitales reſtringendum videtur: tametſi namq; in cauſa capitali appellatio interponi per alium poſſit, ut mox dicemus; perſecutio tamen ejusdem per ipſum reum fieri debet, cùm appellationis cauſas per alium in cauſa capitali reddere non liceat. *l.1.ff. an per all. cauſ. appell. ubi Weſenb. in parat. Ranchb.1.q.7.n.21.* Nonnunquam etiam propter arctiſſimam conjunctionem, quæ nobis condemnatum jungit, alieno nomine appellamus: Ita matri, rem filii everſam animadvertenti, ſi pietate ducta voluerit, provocare ei omninò licebit. *l.1.§ 1.ff. de Appellat. recip.* Maritus quoq; ne fœminæ in contumeliam pudoris matrimonialis, in judiciũ irreverenter irruant, pro uxore & agere & appellare poteſt; quoad dotalia quidem non ſolùm ſine mandato, ſed etiam cautione de rato nulla præſtitâ, quia ſuper iisdem proprio jure agit ceu dominus, ita ut illorum nomine ſibi, non uxori rei vindicatio competat. *l 9. C. de R V. l.5. C. de Jur dot.* Proinde *Bach ad Tr. diſp ult. th. 2. verb. hinc maritus* inutilem planè hujus quæſtionis tractationem de marito autumat; cùm mulier de rebus dotalibus agere nequeat, *per dd. text.* Idem de paraphernalibus dicendum, quòd & eorum quoq; legitimus adminiſtrator ſit maritus *l. 8. & fin. C. d. pact. convent.* Præter paraphernalia ſi quæ habet, iſtorum ratione agens & appellans maritus, præſtabit cautionem de rato. *per l 21. C. mand. Gail 1. Obſ.134. n.1. & 7* Num verò uxor pro marito appellare queat, non immeritò dubitari ſolet; cùm uxores à maritis, non maritos ab uxoribus defendi, æquum viſum ſit dicente Imper. *in § patitur Inſt. de injur.* atq; alias fœminæ in judicio non niſi propriam cauſam agentes a[d]mittantur *l.4. C de procur. l fœminæ 2. ff de R J.* & vix pro liberi *l.1.§ 4. ff de appellat recip* & non niſi caſu ſingulari pro parentibus *l 41 ff de procur.* Quare extra cauſam libertatis & carceris relaxandi uxorem pro mari[t]o agere & appellare non poſſe *per l. .§ 2. d. liber. cauſ adſtruit Gail Obſ. 133. n. 8. Treut. d th 2. l. F.* Niſi cùm Bach *ad Treut. d. l.* ju[n]gamus etiã caſum, ubi ſuccubuit maritus in cauſa concernente uxorem, v.c. ſuper rebus paraphernalibus; quaſi tunc, in propria cauſa pro ſuo intereſſe, ag[e]re & appellare poſſit *per ſupradicta.* Propter commiſerationem [d]eniq; [n]omine [e]jus, qui ad ſupplicium du-

citur, cuilibet etiam extraneo permiſſum eſt interponere appellationem. *l.6 ff l.29.C.h.t.* id quod ex ſingulari humanitate intuitu miſerationis, ut homo à morte liberetur, *l.6.in fin C.de Epiſcop aud.* non propter intereſſe pecuniarium, ſed quaſi omnium interſit innocentes defendi, & hominem hominis beneficio affici *l.7 ff.de ſervis exportandis Cic 2.Offic.* indultum, adeò ut etiamſi condemnatus inhibeat appellationem, & perire feſtinet, nihilominùs tamen liceat appellare. *l.6.ff h.t.* quia nemo membrorum ſuorum dominus eſt *l.13.pr.ff ad l. Aquil.* & Reipublicæ intereſt homines conſervari *l.7.§ 3.de bonis damnat.*

VII. Qui appellare non poſſunt,

Habuimus, qui poſſunt appellare; ſequitur ut & de iis, qui appellare nequeunt diſpiciamus. Cujusmodi ſunt primò illi, qui pacto renunciarunt appellationi *l.fin.§ fin.C. de tempor. & repar. appellat.c ſollicitudinem,54.Extr.de appellat.Treut.d.Diſp.ult th.3.& ab illo allegati Marant.tit de appellat.n.341.Geil.1.Obſ 1,5.n.10.* Quod manifeſtâ nititur ratione, cùm nihil tam naturale ſit, quàm pacta contrahentium ſervari, & quemlibet favori pro ſe introducto poſſe renunciare *l.1.ff l fin. C. de Pactis.* Atq; hinc elucet diverſitas pacti, quo de jure tantū paciscentium agitur, & ſtatuti quod directò vergit in præjudicium ſuperioris, cujus jurisdictio minuitur, ſtatuendo, nemini ad ſuperiorem provocare licere; quodq; in caſu factæ renunciationis non exerceatur jus ſuperioris, ſuperioritatem ejus non magis afficit, quàm, ſi quis ſine renunciatione, ſententiæ primæ inſtantiæ acquieverit, *Knich. de Saxon.non prov.jur.in verb. jus.cap.2.n.74 & ſeqq.* Contingit verò renunciatio ejusmodi vel expreſſo conſenſu litigantium, *ut in d.l ult.* (an etiam ſi quis profeſſus fuerit ſe à judice non provocaturum? Affirm *per l.1.§ 3.ff.à quib.app.non lic. Bach ad Tr. d. th.3. lit.B.& C.* quamvis neget *Marant.d.t.de appell. n. 341.*) vel ſaltem præſumpto *argum.l.6.§ 2.l.18.ff mand.* ut ſi damnatus tempus interponēdæ appellationis præterlabi paſſus ſit, aut quoquo modo ſententiam approbaverit v. g. petendo dilationem ad ſolvendum judicatum. *l.5.C.d.re judic.* tranſigendo ſuper judicatis *l.40 § 1 ff.de pactis* vel ſi poſt interpoſitam appellationem coram judice à quo in eadem cauſa producendo teſtes vel aliud agendo, perrexerit, *c. gratum.20.d.off.c.deleg c.ſollicitudinem.54. de appellat.Marant.d.l.de Appellat.n.341.& ſeq.* Deinde Appellare non

poſſunt

poſſunt ob contumaciam damnari *l.1.C.quor.appell.non recip.l.23.§ ult.ff.h.t.l.73.§ ult.ff.de judiciis.l.13.§ 3.& 4.ff.eod.Geil.1.Obſer.132.n.7.Treutl d.Diſp.ult.th.5.lit.E.* Appellatio ſiquidem remedium eſt oppreſſorum, contumax autem oppreſſus non eſt, ut qui contemnit judicantis imperium & juriſdictionem. Cumq; contra contumacem omnia jura pronuncient, fruſtra imploiat legis auxilium *l.37.ff.de minor,* Id quod tamen non de quovis contumace intelligendum, ut qui juſſui cuidam judicis, v. g. de reſtituendo, exhibendo, jurando de calumnia, non ſtatim obſequitur; qualis rectè appellat *l.ult.§ juſſus.ff.h.t.* ſed qui cœptâ lite ad cauſam ipſam agendam in jus vocatus, non comparendo verè contumax eſt *l.1.C.Quor.appellat.non recip.Mar.d.t.de Appell.n.284 & ſeqq.* ubi quis verè contumax explicatur. Quin confeſſus & convictus appellare nequeant dubium non eſt ullum. *propter l.2 C.Quor.appellat.non recip.* num verò hæc duo conjunctim requirantur, an disjunctim, confeſſio ſola impediat appellantem, controverſum eſt. In cauſis civilibus confeſſionem judicialem & non erroneam *l.2.ff.d.confeſſis.l.26.§ pen.ff.de nox.act. Weſenb.in paratit.ff.de confeſſis.n.3 & 6.* appellationem impedire ex eo colligimus, quòd confeſſus pro judicato habeatur, quaſi ſua ſententia damnatus *l.1.ff.de confeſſis.* quodq; confeſſio notorium faciat. *c.fin.de cohab.clericor.* In notoriis verò appellatio non conceditur. *c.pervenit.13.& c.conſuluit.14.d.Appellat.d.c.fin.in fin.d.cohab.cleric.* quippe quæ, uti dictum, innocentium, atq; oppreſſorum, non verò temere litigantium eſt præſidium *c.61.§ porro.d.Appell.* In criminalibus idem dicendum, ſuadent prædictæ rationes, utriq; cauſæ communes, tum etiam Juris Canon. textus perſpicui *in c.Romana 3.§ ſi autem. de appellat.in ſexto.c cùm ſit, 5.§ fin. de appellat.c quicunq; 2.q.6.* & conſtitut.Impp. *in l.16.C.d.pœnis l.ult.C.d.probat.l.11.C.de raptor.virg.l.1.C.de falſis monetis,* ubi alternativè *ut in d.l.16.* unum tantùm, probatio ſcilicet, vel confeſſio, requiritur in condemnando. Textum *in l. 2. C.quor. appell. non recip.* quo ad diſſentiendum movetur *Marant.d.t.de appellat. n. 292 & Tr.d.th.3.lit F.* diluit *Bach. ibid.* & aliter *Rauchb. 2. quæſt.8. n.10. juncto n.17.* Sunt etiam ex horum numero, quos propter inſigne delictum puniri publicè intereſt, ut ſunt inſignes latrones, ſeditionum concitatores, duces factionum. *l.16.ff.d.Appell.* qui-

bus

bus connumerant raptores virginum. *l. 1. C. d. rapt. virg.* nec non læſæ majeſtatis & perduellionis reos, quod maximè Reipublicæ interſit, meritum ſumi de iis ſine cunctatione ſupplicium *l. 5. C. ad l. Jul. majeſt.* partim quia crimen eſt ſceleratiſſimum & omniū peccatorum peſſimum. *Nov. 22. cap. 15. §. ſi igitur. Rauchb. part. 2. Q. 8. n. 9. Mar. d. l. n. 296. & ſeq* partim etiam, quòd ſub qualitate Læſæ Majeſtatis, monetam adulterinam cudentibus provocandi poteſtas denegetur. *l. 1. C. d. falſis monet. juncta l. 2. eod. tit. Bach. ad Tr. d. th. 3. lit. K. ubi diſſentit. Treutl.* Ultimo non appellatur poſt binam provocationem *l. 2. C. ne lic. in un. ead. cauſ. bis appell. Treutl. & Bach. dd ll.* Qui autem potior ſit & vicerit, ſi uterque duas habeat ſententias, ita ut appellare amplius non liceat, non inter omnes convenit. Placet tamen ſtare à parte ejus, cui potior ſententia victoriam tribuit, utpote lata ab eo, qui reliquis omnibus eſt ſuperior: neq; admodùm conſiderandum eſt, quòd alterius cauſa pluribus fortè ſententiis approbata; cum omnibus poſterior deroget. *Bach. ad Trentl. d. th. 3. lit. L.*

VIII. Materia circa quā ſive Objectum. In omni cauſa, tàm in minori, quàm majori *l. 20. C. d. Appell. c. de Appellat. 11. X d. t. Socin. reg. 40.* regulariter appellatur; quod tamen alii in cauſis minimis, quas nimirum in ſecunda vel tertiâ inſtantiâ agitari operæ pretium non fuerit, de jur. Civ. non obtinere aſſerunt, quos inter *Marant. d. l. n. 326.* Atq; ita pro fundanda Juriſdictione Cameræ, in cauſis per appellationem ad eandem devolvendis certa quantitas definita eſt, infra quam cauſa appellabilis haut eſt. Olim quidem erat 50 florenorum, *Ordin. Cam. p. 2. tit. 28. §.* vnd ſonderlich. quæ tamen ſumma poſtmodum ad 150 excrevit, *Receſſ. Spirenſ. Anno 570. §.* Als wir dann *Geil. 1. Obſ. 123.* & tandem ad 300 florenos adaucta eſt, *Receſſ. Spir. Anno 1600 §* wie wol nun *Michael. de Juriſdic. Conclus. 43.* Præterea etiam multis modis, conceſſis de non appellando privilegiis, ſtatibus atque aliis immediatè Cameræ Juriſdictioni ſubjectis Magiſtratibus, ſumma quæ ſit eorum reſpectu appellabilis, definitum eſt, quæ omnia videri poſſunt apud *P. Frider. in fin. lib. 1. de proceſſ. tit. de privileg. quor. Imper. ſtat.* Cæterùm ſi reus immediatè ſortitur forum in Camera, aliter ſe res habet: tum enim, quia per viam ſimplicis querolæ cauſa ibidem agitatur, quantulacunq; ſit ſumma, recipi & controverſia definiri debet. *Geil. d. Obſ. 123. n. 6.*

123.n.6. Sed ſi plures ſummæ petantur, quarum ſingulæ non ſunt appellabiles, num per cumulationem conjunctæ cauſam reddant appellabilem, ardua quæſtio eſt. Sanè ſi ex una cauſâ obligationis deſcendentes una actione petuntur, cumulatio omninò id operàtur. *per l.10.§.1.ff.de Appell. Geil.1.Obſerv.123.n.3. Mynſing. 5.Obſerv.83.n.4.& ſeq.* quod ſi verò ex diverſis obligationum cauſis debeatur, aliud dicendum videtur. *propter l.12.pr.ff. de juriſdict.* quia diverſitas cauſarum & petitionum facit, ut ubi de fundanda Juriſdictione agitur, ſingulæ etiam cauſæ ſeorſim attendantur. *Bachov.ad Treutl.d.l.th.5.lit.a.* Cæterum à definitiva demum ſententia rectè appellatur, *l. apertiſſimi. C.de Judic.l.21.C.de Appell,* eaq; valida: nam ab iis, quæ ipſo jure nullæ ſunt & invalidæ, fruſtra appellamus *t.t.ff & C. Quand. prov.non eſt neceſſ.* Weſenb. *in parat.h.t.n.8.* ut quæ etiam abſque provocatione ſua mole corruunt. Appellamus verò à ſententia, quatenus gravati ſumus, atque adeò plura capitula ſi contineat, non neceſſe eſt, ut à tota provocetur ſententia, ſed potiùs à particula nobis adverſa appellare ſufficit. Judex enim partem etiam reformare poteſt ſententiæ. *l. ult. ff. d. jur. Patron. l.41.ff. famil. erciſc,* ſicut & minori contra unum caput ſententiæ reſtitutio conceditur *l. 29.§.1.ff.de minor.* Quamvis enim ſententia per ſe ſit individua, & pro parte valere non poſſe dicatur. *l.27.ff. famil. erciſc.* id tamen fallit ratione diverſorum capitulorum, cùm quot ſint capita & facta, tot etiam ſententiæ intelliguntur. *argum. d. l.29.§.1.* tum etiam perſonarum reſpectu: quippe ſcindi ſententiam in perſonas & pro virili portione eas conſtringi, aſſerit Ulp. *in l.10.§.3.ff.de Appell.* An verò tum tota ſententia ſuſpenſa intelligatur, an prò ea ſaltem parte, qua appellatum eſt; variant Dd. quibusdam ſimpliciter affirmantibus, aliis ſub diſtinctione, an capitula connexa ſint, an ſeparata *Hillig.28.cap.9.lit.B Heig.p.2.q.21.* Porrò, ut cauſa ſit appellabilis nil refert, civilis ſit, an criminalis: Nam & in hac appellari poſſe, aperti juris eſt. *l 14.l.30.C. de Appellat.* ubi enim majus periculum, ibi plenius conſulendum. *cap. ubi 3. de Elect. in.6.* ne contra hominis ſalutem per errorem aut gratiam juſtitia opprimatur. *l.29.C.de Appellat.*

quam-

quamvis ex ordinatione Cameræ *part.2. tit.28. §. Item nach dem auch* / in ſummo Imperii tribunali, in cauſis criminalibus pœnam corporis infligentibus, appellationes regulariter non admittantur. *Geil.1. Obſerv.1. n.27. & ſeqq. Mynſing. 4. Obſerv. 41.* ubi idem inveteratâ Germaniæ conſuetudine ſervari teſtantur licet eandem negent *Rauchb.p.2. Quæſt.8.n.45. Möller.4.ſemeſt.cap.33 n.7.*

IX. Ab *Interlocutoria* ſententia regulariter non appellatur. *l.2. ff. de Appellat. recip. l.7. C. Quor. appellat. non recip. Weſenb. in parat. h.t.n.8 l.2. C.d. Epiſc. audient. l.6.§.3. C.h.t. l.2. ff. de appellat. recip.* quia hujusmodi appellationes, inutiles planè & temerariæ videntur, quas nulla neceſſitas efflagitat; cùm damnum, ſi quod ejusmodi ſententiam comitetur, poſtea per definitivam expiari poſſit. *Geil.1. Obſerv.29. per tot. Mynſing.4. obſerv.43.* ubi idem in Camera obtinere teſtantur. Patitur autem & hæc regula ſuas limitationes Nam ſi damnum aliquod irreparabile condemnato ferret ſententia, læſus ad appellationis beneficium convolare poterit; uti ſi quæſtionem habendam judex interlocutus fuerit: hanc enim ſeutentiam damnum irreparabile, membrorum ſcilicet ruptionem, & perpetuam, tum corporis tum animi ſæpè valetudinem inferre, ac proinde à tali appellari poſſe, conſtitutum eſt. *l.2. de Appellat. recip.* Idem eſt ſi vim habet definitivæ, velut ſi definit articulum, qui cauſæ principali præjudicat, *Geil.1. Obſerv.130.n.6.* hic cum lata ſemel ſententia diffingi, aut revocari per poſteriorem definitivam nequeat, ad beneficium appellationis condemnatus omninò eſt admittendus. *Geil. & Mynſing. dd.ll. Weſenb. in parat. h.t.n.8.* Species ſententiarum hujusmodi plures enumerat *Mynſing.4. Obſerv.88.* quibus etiam annumeranda facti ſpecies iſta, ubi provocatur à ſententiâ pro ætate minoris, reſtitutionem in integrum petentis, lata. *l.39. ff. de minor.* hanc enim parare præjudicium principali reſtitutionis negotio, liquido apparet. Atq; hæc procedunt de jure civili: Jure autem Canonum, à qualicunque gravamine rectè appellatur, tam ab interlocutoria, quam à definitiva. *c. cum ſit. 5. 4. ſuper eo. 12. X. de Appellat. c. cordi.1. eodem in 6.* ubi Pontifex Alexand. III. ipſe hac in re à legibus ſecularibus diſſentientes ſtatuit

tuit ſacros Canones, quos ſequi jus Saxon. teſtatur *Weſenb. in parat. ff. de Appellat. n.8.* dummodo tamen ex juſta & probabili cauſa interponatur appellatio; frivolis enim & temerariis appellationibus deferre, canonibus interdictum eſt judici, *c. cum appellat. 5. c. Romana.3. §. quod ſi. de Appellat. in 6. Fachin. 1. Controv. 80.* Num in cauſis poſſeſſoriis appellatio permittatur, maximis involutum eſt difficultatibus. Nobis à ſententia ſuper poſſeſſione lata appellari non poſſe, ſtatuere placet, *per l. unic. C. ſi de moment. poſſeſſ.* quem generalem textum malè, de ſpecie tantum certâ diſſentientes exaudiunt; quia non incommodè omnis cauſa poſſeſſionis momentanea vocatur, damnum haut irreparabile inferens, reſpectu ſcilicet habito ad petitorium judicium, quod finito poſſeſſorio demum inchoatur, & gravamina poſſeſſorio illata reparat. *d. l. unic. l. 2. C. ubi in rem act. Donell. lib. 17. cap. 4. ibiq; Hilliger. lit. P. & lib. 28. cap. 6 ibiq; Hilliger. lit. H.H. Bach. ad Treutl. d. th. 5. lit. G. verb. hinc. & à cauſis poſſeſſoriis.* Jure verò Canonico aliud receptum eſt, quo etiam liberè à poſſeſſorio appelatur *argum. cap. 10. & 15. d. reſtit. ſpoliat. Mar. d. t. n. 306.* Cauſam quoque alimentorum eximi à regula, adeoque reſpuere appellationem, communiter tradunt Dd. *argum. l. fin. pr. ff. d. appellat. recip.* quaſi res dilationem non patiatur, & negans alimenta vitam ipſam negare videatur *Surd. in tract. d. aliment. tit. 8. privileg. 60. & 96.* quod ut Surd. *d. privileg. 60. n. 15.* ad futura reſtringit, de præteritis verò permittit appellationem. *argum. l. 8. C. de tranſact.* ita appellationem omninò recipiendam, ſed fame laboranti alimenta ex bonis rei decernenda putat *Bach. ad d. th. 5. lit. G. in fin.* A quo non valdè diſcrepat, quod tradit *Surd. d. privil. 96. n. 1.* appellantem non audiri, niſi priùs alimenta ſolvat. Plures cauſas, in quibus appellatio non admittitur, nunc non recenſeo: Videri autem poſſunt traditæ apud *Mar. in ſpecul. tit. de appellat. & Dd. alios.*

Ordinis expoſcit ratio ut *judices, à quibus appellare licet vel non*, conſideremus. Et regulariter à judicibus omnibus, tàm ordinariis, quàm delegatis appellandi facultas eſt conceſſa, niſi ſingulari ratione id prohibeatur. *argum. l. 19. l. 29. l. 35. l. 17. l. 32. C. h. t.* Stultum tamen eſt, inquiente X. A quibus judicibus appellare licet, vel non.

Ulpia-

Ulpiano. *l. 1. §. 1. à quib. appell. non lic.* illud admonere à ſummo Principe, hoc eſt Imperatore, appellare non licere, cùm ipſe ſit qui provocatur. *Weſenb. in parat. ff. à quib. appell. non lic. n. 1. Bach. ad Treutl. Diſp. ult. th. 4. lit. D.* Ideò enim tantis paſſim in legibus decoratur elogiis *ut in l. 67. §. fin. & l. 87. §. 4. ff. d. legat. 2. l. 8. in pr. ff. de Excuſ. & vacat. muner. l. 26. C. d. donat. int. vir. & uxor. l. 7. C. d. ſacroſ. Eccleſ. l. 9. ad L. Rhod. d. jact.* ut oſtendatur, nil Imperatore majus, nil ſublimius, in tota rerum univerſitate exſtare. Et cum ſacrilegii inſtar ſit diſputare de principali judicio *l. 3. C. d. crim. ſacrileg.* utique de Principe provocare non licebit. Unde & à ſummo Principe ſive Imperatore, malè informato ad melius informandum appellari nullo modo poſſe ſtatuimus. Prætérquam enim quod naturæ appellationis repugnet, quæ non ab eodem ad eundem, ſed ab inferiore ad ſuperiorem fieri debet *l. 1. & t. t. ff. & C. d. Appellat.* ſummi quoque Principis acta maturo conſilio perfici creduntur, *l. ult. C. de fideic. hæred. l. 3. ff. de his. quæ in teſt. delent. Bach. d. l. th. 4. lit. D. verb. à principe tamen, Reinking. d. regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. cap. 9. n. 47. & ſeqq.* Veruntamen eum nec ipſe Juſtinianus Imperator ſorti hominum ſeſe exemerit, atque hallucinatum ſe quandoque fateatur, non erubeſcens, quæ ab ipſo, habita etiam deliberatione, ſancita ſunt, in melius reformare. *Nov. 22. pr. & paſſim.* ceſſante appellatione, rectè hoc in caſu ſupplicationis beneficium læſo competere ſtatuitur, quo apud Principem, ut cauſam denuò cognoſcat, petitur *l. 5. cum auth. ſeq. C. d. prec. Imperat. offer. l. unic. C. de Sentent. præfect. Prætor. Mar. d. t. n. 12. & 13. Bach. d. th. 4. lit. D.* cui reſpondet Reviſionis beneficium. Prætérea ab iis qui conſtituunt auditorium Principis, utpotè à proceribus S. Palatii *l. 34. l. 37. C. d. Appellat.* à Senatu *l. 1. §. 1. à quib. appell.* Præfectis prætorio non appellatur *l. 1. §. 1. ff. d. offic. præfect. Præt. l. unic. C. d. ſent. Præf. Præt.* Quod privilegium indultum etiam Electoribus, tanquam proceribus Imperii, tàm Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus. *A. Bull. tit. d. Imm. Princ. Elect. c. 11.* cui tamen juri per contrarium uſum, & ſpontaneam conventionem Electores Eccleſiaſtici nec non Palatinus renunciàrunt, quamvis certa ſumma intra quam appellatio prohibita, peculiari poſtmodum privilegio, ab Impp. ſtatuta reperiatur. Electores verò Saxoniæ & Brandebur-

deburgicus privilegium non provocandi, non ſolùm in hunc usque diem, ab Imperatoribus, Ferdinando I. Anno 1559. Rudulpho II. Anno 1586. confirmatum, exercuerunt, ſed etiam Saxones ad alios inſuper Duces Saxonicæ familiæ extenderunt, referente *Knich.de Saxon.non provoc. Jure.d.l.n.23.& ſeqq. Michael.de. Jurisdict.concluſ.26.Reinking. d. regim. ſecul. & Eccleſ l.1. claſſ. 4.c.6. n.2 & 3.* Appellari tertiò nequit ab illo quem Princeps delegavit ſub hac clauſula, remota appellatione *l.1.§.3.ff. à quib. appell. non lic.* quam tamen clauſulam nemo niſi ſummus Princeps poterit adjicere, quòd nempe aliàs appellationis beneficium planè tolleretur. *Weſenb. in parat ff. à quib. appell. Mar. p.6.tit.d. Appellat.* Sed qua de appellatione clauſula hæc intelligenda, inter Dd. nondum expeditum eſt. De frivola alii accipiunt, ut *Geil.1.Obſerv.33.Sichard.ad.l.4.C.d. Pactis.* alii de gravi & legitima interpretantur, ut *Bach.ad Treutl.d.l.th.4. lit.B.Marant.d.l.n.336. Hunnius variar. reſol. vol. poſter. Dip.33. th.4. Q.31.* quibus & nos ſubſcribimus, ne alioqui adjecta clauſula nullius eſſet momenti; cùm à quolibet ſuperiore frivolas appellationes reſpuendas, ex præcedentibus pateat, neve minus operetur Principis placitū, privatorum conventionibus, quibus appellationis remedio efficaciter renunciari ſupr. probavimus. Quin imò ipſum Principem, non obſtante hac clauſula, appellans arguere videtur, qui propterea quòd perſpectam atque cognitam haberet fidem & prudentiam delegati, vices ſuas ei demandare voluerit *Bach.d.l.* Ulteriùs à ſententia arbitri, in quem voluntariè, nulla juris neceſſitate eſt compromiſſum, appellare non licet, ſed præcisè ſtabit ſententia.*l.27.§.2.ff.d. his qui arbitr.recep.l.ult. famil. herciſc.l.1.C.d.recept.arbitr.* Cujus rei ratio aſſignatur *in l. 2. d. ff. de recept. qui arbitr.* quòd ſcilicet ex compromiſſo neque actio neque Exceptio naſcatur. Neque laudum arbitri tollit actionem priſtinam, neque impedit quo minùs ea coram judice ordinario denuò inſtitui poſſit, ſed tantùm metu pœnæ compromittentes coercentur, quam ſi ſolvere velint, nihil obſtat, quo minùs in judicio de eadem re rurſus experiri queant. *Auth. decernit. C. d. recept. arbitr. Marant. d.t.d. Appellat.n.261 Geil.1. Obſerv.150.n.8. Weſenb.in parat.ff.à quib.appell. non lic. n.5. Bach. ad*

 Treutl.

Treutl. th. 4. l. C. An à reductionis judice liceat appellare, mirè ſe torquent Interpretes. Nos in ſententiam ibimus ſtatuentium, omninò appellare licere; quia is non arbitri aut arbitratoris, ſed judicis ordinarii officio fungitur, à quo regulariter appellare conceſſum, per antedicta, ut & *argum. l. 23. ff. d. Appell. Facbin. 8. Controv. cap. 96. Geil. 1. Obſerv. 49. Bach. ad Treutl. part. 1. Diſp. 12. th. 5. lit. B. in pr.*

XI. Forma. *Forma* appellationis in eo ut plurimum conſiſtit, ut provocetur ad judicem competentem, tempore & modo legibus convenienti. Competentia verò in eo eſt, ut procedatur, ab inferiore ad ſuperiorem, *per ea quæ ſupra th. 2. allata.* gradatim & ſine ſaltu, ne, omiſſo ſuperiori proximo, perveniatur ad alium ſuperiorem. *l. 21. in pr. ff. d. Appell. Weſenb. in parat. ff. d. t. n. 9.* atq; ſic jurisdictiones confundantur. *l. 4. C. d. Juriſdict. omn. jud.* Id quod tamen fallit, ſi judex intermedius palam & evidenter juſtitiam denegârit. *Geil. 1. Obſerv. 28.* quo ſanè caſu Jurisdictionem ſibi competentem perdidiſſe cenſetur, *argum. Nov. 17. c. 3.* Hæc autem denegatio plenè probanda eſt, nec ſufficit juramentum appellantis, ſe non ſperare, conſequi juſtitiam; ſed inſtrumento publico opus, quod de facta debita requiſitione, & ſubſecuta denegatione juſtitiæ, plenam fidem faciat, eo quòd, in judice non præſumatur negligentia, niſi probata ſit legitima requiſitio. *Nov. 117. c. ſit tibi, quoq; Geil. d. l.* Sic etiam ubi judex intermedius ex cauſa ſuſpicionis, aliisque legitimis inhabilis, per ſaltum ad ſuperiorem provocamus. *Mar. part. 6. tit. de Appellat. n. 375. ubi à n. 368. usq; ad n. 379. plures enumerat limitationes.* Et hæc ita de Jure Civili obtinent; Jure verò Canonum ſecus eſt; nam ibi omiſſo medio ad Papam licet appellare *cap. ad Romanam. 2. Quæſt. 6. cap. Metropolitanum. 2. Quæſt. 7.* cujus rationem exprimit *Hilliger. Donell. enucl. l. 28. cap. 7. lit. H.* De tempore nunc quoque quædam adjicienda veniunt. Et quidem tempus in appellationibus obſervandum eſt lapſus fatalium, quæ aut interponendæ, aut proſequendæ, aut finiendæ dicuntur. *Geil. 1. Obſerv. 139.* Appellatio autem omnis, tàm ab interlocutoria, quàm à definitiva, interponebatur olim in propria cauſa intra biduum, in aliena intra triduum

duum *l.1.§ biduum. 5. & ſeq. & §.11. ff. Qn. appell.* hodiè verò intra decendium continuum, à momento latæ ſententiæ ſcientibus. *l. 1. C. d. feriis Mynſing. 2. Obſerv. 2.* ignorantibus à tempore demum ſcientiæ computandum. *l.1.§.ult. ff. Qn. appell. l.3. Quomodo & quando judex l. 4. C. d. liber. cauſ. Treutl. Diſp. 33. th. 8. & ibid. Bach.* quod etiam in hærede appellanis obtinet, cui non citiùs currit interponendæ vel proſequendæ appellationis, tempus, niſi à tempore ſcientiæ *l. fin. C. ſi pend. appell. mors interv. Gail. 1. Obſerv, 139. n. 7.* Poſt interpoſitam intra decendium appellationem, appellantis etiam eſt, libellos dimiſſorios (quos Apoſtolos vocant) ceu teſtes appellationis receptæ, & ad ſuperiorem dimiſſæ, intra 30. dies petere. *l. judicibus 24 C. d. appellat. t. t. ff. d. libell. dimiſſ.* quos conſequitur pro re nata, vel dimiſſorios, vel reſutatorios, vel reverentiales, vel teſtimoniales. *Weſenb. parat. ff. d. t. Rosbach. in prax. civ. tit. 74.* Appellationis *introducendæ* fatale, pro locorum & perſonarum circumſtantiis diverſimodè variatur, veluti apparet ex *l. 1. l. 2. & ult. C. de temp & repar. appell. & paſſim in jure*, quod ſummatim exponit *Cujac. in parat. C. de tempor. & repar. appell.* quæ tamen ipſa jura dd. textibus præſcripta, hodiè non obſervari, ſed pro arbitrio judicis tempus interponendæ appellationis determinari, tradunt *Weſenb. in parat. ff. Qn. appell. n. 5. Tr d. Diſp. ult. th. fin. lit. I.* *Finiendæ* appellationis fatale annus eſt. *auth. ei qui. C. d. tempor. appell. l. 5. §. 4. eod.* quo elapſo, ſi ad finem perducta non fuerit appellatio, appellans appellatione fraudatur, & ſententia contra eum lata in ſuo robore perdurat adeô ac ſi nunquam ab ea appellatum eſſet. *l. 5. §. 4. C. d. temp. appell.* niſi juſta cauſa fuerit præpeditus: Eâ enim probatâ, ſecundum fatale ipſi competere judex declarat. *d. Auth. ei qui. C. d. t. & d. l. 5. §. 4. C. eod.* Quod ſi verò anno ſecundo nondum finita eſt cauſa, omninô appellatio pro deſerta habetur, & ſententia executioni mandanda, niſi ex æquitate Prætoris propter clauſulam generalem, ſi qua mihi alia &c. *l. 1. in fin. ff. ex quib. cauſ. major.* reſtitutionem in integrum appellans impetraverit, quæ ad temporis iſtud ſpatium, per quod juſtum impedimentum probatum fuerit, concedi in quibusdam cauſis ſolet; cujusmodi nobis exhibent.

l. 8. C. qui petere tut. vel Curat. l. 36. ff. d. recip. arbitr. Nov. 19. cap. 4. Marant. d. t. d. Appell. n. 228. Modus interponendæ appellationis à definitiva hic eſt; ut interponatur vel vivâ voce in continenti, judice ſcilicet præſente & pro tribunali ſedente. *l. 14. C. d. Appell.* id quod etiam unico verbo *appello* expediri poteſt. *l. 2. ff. d. t.* vel ex intervallo in ſcriptis, exhibito ſcilicet judici à quo libello appellatorio ita concepto, ut contineat ſcriptum, à quo datus ſit, adversùs quem & à quâ ſententia. *l. 1. §. fin. ff. d. Appellat. Marant. d. t. d. appellat. n. 137. Weſenb. h. n. 9. Vult. Juriſp. Rom. lib. 2. cap. 33.* A ſententia verò interlocutoria, niſi vim definitivæ habeat, *Marant. d. l. n. 142.* ſive in continenti, ſive ex intervallo, non niſi in ſcriptis, quo diximus modo, rectè interponitur. *cap. cordi d. Appellat. in 6. Geil. 1. Obſerv. 130. n. 5. Treutl. d. Diſp. ult. th. 7.* idque ob rationem, quam exponit hic *Weſenb. n. 9. h. t.* cum enim appellationes ab interlocutoriis, non niſi ex certa cauſa admittantur, quo faciliùs an recipienda, an verò minùs, appareat ſcriptis gravamina appellationum exprimi, è re viſum eſt; tametſi aliud conſuetudine introductum plurimis in locis tradant. *Dd. & Geil. d. l. Mynſing. 1. Obſerv. 66. & 3. Obſerv. 32.* Quinimò ſi judex à quo provocatur, copiam ſui non faciat, vel metum appellanti injiciat rectà adire pars onerata ſuperiorem poteſt. *l. 1. §. ſi quis. 10. ff. quand. appell.* Quo caſu, uſus, Ordinat. Camer. *part. 2. tit. 29. §. Item ſoll einem jeden.* approbatus, hoc introduxit, ut in præſentia teſtium coram Notario per libellum appellatorium provocatio interponatur; quod ipſum non adeò diſcrepat à diſpoſitione juris noſtri *in cap. ult. X. d. appellat. l. ult. C. d. his qui per met. jud. non appellar. Treutl. d. l. th. 7. lit. C.* Ut ad priora revertar, ſi ab eadem ſententia ſæpiùs appellatum fuerit, v. g. vivâ voce primùm, & deinde in ſcriptis, quæritur quæ teneat Appellatio, quæque perſequenda ſit ab appellante, an prima quæ vivâ voce facta, an verò poſterior quæ ſcripto? Nos priori, dummodo juſta & legitima ſit, adhærendum eſſe exiſtimamus, ſive ſimpliciter prima appellatio interpoſita ſit, ſive cum reſervatione de appellando ſecundâ vice, per ea quæ prolixè ſatis tradit. *Marant. d. t. n. 144. & ſeq. Treutl. d. l. th. 7. lit. G.*

Finis

Finis appellationis eſt, ut quod inferioris judicis vel imperitiâ vel negligentiâ deperditum fuit, ſuperioris diligentia corrigatur & relarciatur. *l. 1. in pr. ff. d. Appellat. l. 1. § ult. ff. ad SC. Turpill. Weſenb. in parat. h. t. n. 10.* Et hoc quidem quoad intentionem appellantium, qui ſemper hac ſpe lactantur fore, ut meliorem mereantur ſententiam. *Ulp. in l. 11. ff. d. Appellat.* Cæterum ipſo actu juſtæ interdum ſententiæ ſubvertuntur, nec utique melius pronunciat, qui noviſſimam fert ſententiam. *l. 1. in pr. h. t.* XII. Finis.

Effectus eſt quod per appellationem quoad futurum ſtatum & litis exitum ſuſpendatur prior ſententia. *l. 32. §. 3. C. h. t. l. 32. C. d. Transact. l. 5. C. Quor. Appellat. l. 12. pr. C. d. reb. cred. & jurejur. l. ult. C. ſentent. reſcind. Gail. 1. Obſerv. 144. n. 1. Weſenb. in para. ff. h. t. n. 10.* Quod ſi ergò appellatum ſit, aut appellationis tempus nondum effluxerit, tranſigi adhuc poteſt. *l. 7. ff. d. tranſact. l. 35. C. eod.* & damnati ſi provocaverint capite non minuuntur, neque teſtamenta eorum irrita fiunt. *l. 6. §. 8. ff. d. injuſt. rupto & irr.* Nec tantùm ſuſpendit appellatio ſententiam, ſed & reſpectu habito ad præſentem ſtatum, exſtinguit pronunciatum condemnationis. *l. 1. §. fin. ff. ad SC. Turpill.* atque ita judicem conſtringit, ut eâ interpoſitâ non poſſit procedere ulteriùs ad aliquem actum in illa cauſa. *l. 1. ff. d. t. ad SC. Turpill. l. 3. C. d. Appellat.* Appellans quoque à jurisdictione judicis à quo, ſtatim eximitur per appellationem, isque cenſetur à tempore interpoſitæ appellationis judex incompetens. *Gail. 1. Obſerv. 144. n. 1.* Proinde pendente appellatione nihil innovandum. *l. unic. ff. nihil innovandum l. 6. ff. d. appellat. recip. l. 3. C. d. Appellat. c. non ſolùm. de Appellat. in 6. Weſenb. in parat. h. t. n. 10.* multò minùs ſententia executioni mandari poteſt; quandoquidem alias abſque effectu eſſet appellatio, ſi dum ille litigat in ſecunda inſtantiâ, judex à quo executionem inſtitueret, adeò, ut ſi quid innovatum attentatumque fuerit, omninò reſcindi debeat. Hæc ita ſi à definitiva appellatum fuit; ſecus ſi ab interlocutoria: tunc enim judex à quo procedere non obſtante appellatione poteſt, usque dum inhibitio à ſuperiore facta fuerit, & à tempore interpoſitæ appella- XIII. Effectus.

pella-

pellationis omnes actus judiciales perficere poteſt, non citati ad hoc parte appellante. quoniam tum appellatio habetur pro contumacia. Poſtquam verò judex ad quem appellationi detulerit, & eam juſtam pronunciaverit, poſt interpoſitam appellationem attentata omnia invalidantur. *Marant. part. 6. tit. d. Appellat. n. 71.* Hunc etiam effectum ſortitur appellatio quod cauſam reducit ad tempus litis conteſtatæ *l. 14. § 8. ff. d. bon. libert. l. 6. §. 9 ff. d. injuſt. rupt. & irrit.* *Weſenb. in parat. h. t. n. 10.* Unde illæ exceptiones, quarum poſt litis conteſtationem interpoſitio recepta eſt, in proſecutione appellationis rectè opponuntur, ut peremptoriæ; non etiam dilatoriæ, quas ante litem magis conteſtatam opponere oportet. *Weſenb. in parat. ff. d. l.* Ex eadem quoque ratione novos articulos condere appellanti, dummodo non prioribus planè contrarios efformaverit, & non allegata allegare, non probata probare, novis etiam adductis teſtibus & documentis uti licet *l. 4. C. de Tempor. & repar. appellat. Geil. 1. Obſerv. 122. n. 3.* Hæc pro ratione & temporis & inſtituti noſtri, de appellationibus dicta ſufficiant.

Hic teneat noſtras anchora fixa rates.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE